Lectura super epistolam B. Pauli Apostoli ad Romanos

Capitulum XV, lectio 1

4 Quaecumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem scriptarum spem habeamus.

1148. – Deinde, cum dicit "Quaecumque enim scripta sunt", etc., ostendit quod hoc exemplum Christi sit nobis imitandum, dicens "Quaecumque enim scripta sunt" in sacra Scriptura, vel de Christo vel de membris eius, "scripta sunt ad nostram doctrinam". Nulla enim necessitas fuit haec scribere, nisi propter nos, ut ex his instruamur. II *Tim*. III, v. 16: "Omnis Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum et erudiendum", et cetera.

Quid autem in Scripturis ad nostram doctrinam contineatur, ostendit subdens "ut per patientiam et consolationem Scripturarum", id est quas Scripturae continent.

– Continetur enim in sacra Scriptura patientia sanctorum in malis sustinendis. *Iac*. ult. [V 11]: "Patientiam Iob audistis."

– Continetur etiam in eis consolatio, quam Deus eis exhibuit, secundum illud *Ps*. XCIII,19: "Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuae laetificaverunt animam meam."

Unde et I *Petr*. I, 11 dicitur:

– "Praenuntians eas, quae in Christo sunt, passiones", quod pertinet ad patientiam,

– "et posteriores glorias", quod pertinet ad consolationem.

Quem autem fructum ex hac doctrina suscipiamus, ostendit subdens "spem habeamus". Per hoc enim quod ex sacra Scriptura instruimur eos, qui patienter propter Deum tribulationes sustinuerunt, divinitus consolatos fuisse, spem accipimus,

Lesung über den Brief des seligen Apostels Paulus an die Römer

Kapitel XV, Lesung 1

4 Was immer nämlich geschrieben ist, ist zu unserer Belehrung geschrieben, damit wir durch die Geduld und den Trost der Schriften Hoffnung haben.

1148. – Wenn er dann sagt: „Was immer nämlich geschrieben ist", zeigt er, daß wir dieses Beispiel Christi nachahmen sollen, indem er sagt: „Was immer nämlich geschrieben ist", in der Heiligen Schrift entweder über Christus oder seine Glieder, „ist zu unserer Belehrung geschrieben". Es bestand nämlich keine Notwendigkeit, daß dieses geschrieben wurde, außer unseretwegen, damit wir dadurch belehrt werden, 2 *Tim* 3,16: „Jede Schrift ist von Gott eingegeben und nützlich zur Lehre und zur Erziehung" usw.

Was aber in der Schrift zu unserer Belehrung enthalten ist, zeigt sich, wenn er sagt: „damit wir durch die Geduld und den Trost der Schriften", d.h. die die Schriften enthalten.

– Enthalten aber ist in der Heiligen Schrift die Geduld der Heiligen im Ertragen von Übeln: „Ihr habt von der Geduld Hiobs gehört" (*Jak* 5,11).

– Enthalten ist in ihr auch der Trost, den Gott ihnen gegeben hat, wie es in *Ps* 94,19 heißt: „Nach der Größe meiner Schmerzen in meinem Herzen haben deine Tröstungen meine Seele erfreut."

Daher heißt es auch in 1 *Petr* 1,11:

– „Er hat vorausverkündet die Leiden Christi", was zur Geduld gehört,

– „und die darauf folgende Herrlichkeit", was zum Trost gehört.

Welche Frucht wir aber aus dieser Lehre empfangen, zeigt er, wenn er anfügt: „damit wir Hoffnung haben". Dadurch nämlich, daß wir durch die Heilige Schrift belehrt werden, daß diejenigen, die für Gott geduldig Trübsal gelitten haben, göttlich getröstet wurden, erhalten wir die Hoffnung,

ut et ipsi consolemur, si in ipsis fuerimus patientes. *Iob* XIII,15: “Et si occiderit me, in ipso sperabo.”

(Lateinischer Text: corpusthomisticum.org)

daß auch wir getröstet werden, wenn wir in ihr geduldig waren: „Auch wenn er mich tötet, werde ich auf ihn hoffen“ (*Ij* 13,15).

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)